



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB.BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Gy. 10.

Theses Ordinariae ex Jure Nat. & Gent.

76

DE

**JURE OMNIUM
IN OMNIA,**

Ubi Coronidis loco quaestio, an Au-
stregis competat Jurisdictio, evidenter
deducitur,

PRÆSIDE

HENRICO COCCEJO,

U. J. D. Jur. Nat. & Gent. P. P.

Ord.

*Publicæ Prudentum disquisitioni
exposita*

à

Johanne Bartholomeo Herold /

Wormatiensi.

Ad diem 8. Octobr. h. l. q. s.

M DC LXXIII.



Heidelbergæ,

Typis WILHELMI WALTERI, Acad. Typogr.

I.

Jura rerum sunt earum utilitates, quarum perceptio alicui vel aliquibus competit. Unde omne id, in quod quis jus habet, suum dicit: quia sibi id applicare & percipere potest: & hactenus res mea est, quatenus mihi in ea jus est, & meæ utilitati res cedit.

2. Meum autem idem est, quod mihi proprium; utrumque enim ex æquo opponitur illi quod cum alio est commune, adedq; non mihi proprium seu meum: ac proinde, quod meum est, id mihi soli competit; aliàs non esset mihi proprium, sed cum alio commune.
3. Sequitur ergò, quòd in re mea, in qua mihi est jus seu dominium, alius idem jus domini habere, aut eam suam dicere non possit; meum enim non magis potest esse alterius, quàm ego esse alius.
4. Ex quibus constat, impossibile esse *jus omnium in omnia*, sensu Hobbesiano, & falsum unumquemque verè dicere posse, rem omnem esse ipsius.
5. Quod si idedò omnibus jus tribuitur *in omnia*, quia unusquisque id sibi adserere potest, non id esset jus, sed sola prætentio juris, & frustranea ac falsa assertio.
6. Quinimò, dum quisque id suum dicit, alteri contradicit, & ejus esse negat, quarum contradicentium una tantùm pars vera esse potest: adedque hæc sunt controversiæ de jure, non jura.
7. Porro, cum jura hæc sint rerum utilitates & commoda, per §. I. utile autem sit alicui utile, id quod est utilitas unius non potest esse utilitas alterius, non magis quàm alimentum unius potest esse alimentum alterius: quòd si ergo omnes res seu rerum jura sint unius, non possunt eadem jura esse alterius.
8. Taceo, quòd posito tali jure *omnium in omnia* in statu naturali, unicuique licitum foret societati hominum, utpote quam sui commodi gratiâ, ex hypothese hac, inivit, & ita paci humani generis renunciare, ac naturali statui se restituere, & ita jus pristinum, aliis sibi junctis, vindicare, cum in societate nemo quoque invitus manere cogatur. Quo posito, quæ cædes, rapinæ, factiones, latrocinia &c. non pro licitis videri aut prætendi possint?
9. Alio tamen sensu *jus hoc omnium in omnia* omnimò à natura est concessum

sum : dupliciter enim id intelligi potest : vel quodd omnes singularem seu unusquisq; hominum ; vel quodd omnes conjunctim id jus habeant, ita ut omnibus hominib⁹ simul seu conjunctim id sit commune, omnesque æqualiter in eo concurrant ; quo sensu hoc jus ita ostenditur :

10. Dum enim homo facultatibus naturalibus & ratione facultatum directrice, quibus omnia occupare & in usum suum convertere potest, à natura instructus. & sic in medio omnium positus est, hoc ipso concessum est ipsi jus in omnia : nam qui sufficientem alicui, cum jure possit, concedit occupandi omnia facultatem, hoc ipso jus occupandi concedit ; utpote, quod nihil est aliud, quàm libera occupandi facultas jure alicui competens ; jure autem competit, quod concessum est ab eo, qui concedendi jus habet, v. gr. ab Autore naturæ.
11. Quod si ergò alius præterea iisdem facultatibus instructus ipsi adjungatur, is idem etiam jus habebit : ac proinde cum singuli non possint jus hoc in solidum habere, per §. 2. & seqq. sed alter alterum impediatur, uterq; in eodem jure concurrent : & ita de cæteris hominibus.
12. In hac verò rerum communione, quò minùs persisterent homines, effecit imprimis rerum acquirendarum conditio. Operà enim & labore ad res acquirendas opus erat : operationes autem seu actiones hominum non erant omnium communes, uti res, sed singulorum propriæ : per eas ergo quisque sibi non aliis acquirebat. Cum ergo nec aliis acquirere curaret, sibi maximè studens, utpote sui suæque indigentia sensu intimiùs & propitiùs affectus, nec tamen ex rebus, utpote adhuc communibus, plenè per actiones sibi acquirere posset, dividenda fuere rerum quoq; dominia, & rerum non minùs, quàm actionum, jura singulis personis distribuenda, ut quisq; ex re sua sibi plenè acquirere posset.
13. Hinc patet, 1. Jus hoc in res, non in homines fuisse, quibus jus tantùm in suas non in alterius actiones concessum, cum singulis suæ essent actiones, 2. Quodd in statu naturali de nulla re, nedum de omni, ut vult Hobbesius, dici verè ab aliquo potuerit : *hoc meum est* : id enim demùm cessante jure omnium in omnia, seu jure communi, fieri potuit.

C O R O L L A R I U M.

An Austregis competat Jurisdictio ? Neg. I. Jurisdictio in usu juris semper intelligitur cum aliqua potestate seu imperio. per l. 2. Jurisd. l. 1. fin. l. 5. §. fin. Off. ej. cui. Atqui Austregis nullum competit imperium in partes
v. g.

v.g. Principes : (1.) non enim hoc tam sollicitè petierunt Principes ,
 ut alius in se haberet imperium , sed tantùm ut causa disceptaretur in
 prima instantia , indeq; beneficium appellationis competeret. (2.) Ne-
 que sanè Principibus hoc esset privilegium & beneficium , uti tamen
 laudatur O.C.p.2.t.4.§.4. sed onus maximum, alterius imperio subji-
 ci. (3.) Et nihil inconvenientius , quàm Consiliarijs , qui aliquando sunt
 iudices sui Principis , imperium concedere in suum Principem. (4.)
 Sed & *Vustriæ der Sachen* sunt tantùm *Erörterungen* vel decisiones
 causarum, *Disp. nostr. de Austreg.* § 1. non imperium, quod nullibi quoq;
 iis concessum legitur, II. *Austregis* non competit executio, *d. Disp.*
per §. 1. § 3. §. 7. Ergo nec iurisdictionio, utpote quæ sine executione nul-
 la est, *per text. expr. in d. l. 5. fin.* in qua coërcitionem idem esse, quod
 executio, ita demonstramus. 1. Quod iurisdictionio coheret , & cum
 ea simul mandatur, id nihil aliud esse potest quàm executio : quia post
 cognitionem causæ & pronunciationem , quæ nomine iurisdictionis
 propriè continentur (ius enim dicere & de causa cognita pronunciare
 idem sunt, *arg. l. pen. iust. & iur.*) nihil superest, quod simul mandetur,
 quàm executio. Atqui coërcitio *in d. l. 5.* dicitur simul cum iurisdic-
 ctione mandari; nam illa paulò ante *in d. l.* dicebatur imperium Coërcitio
 ergo ibi idem est , quod executio. 2. In *d. l.* agitur de coërcitione ,
 qua quis cogitur ius dicenti ejusque sententiæ parere; agitur enim de
 coërcitione , quæ iurisdictionio coheret. Illa autem nihil aliud est ,
 quam ipsa sententiæ executio. 3. Scil. magistratui, cui concessa erat iu-
 risdictionio, etiam concessa erat simul potestas coërcendi haud obtempe-
 rantes sententiæ. Quid autem aliud est coercere haud obtemperantes
 sententiæ, quàm sententiam exequi? 4. Et quid aliàs intelligetur per
 illam coërcitionem? Num pœna? Esto. Adhuc sequitur quod volumus;
 nam & pœnæ exactio est species executionis; & qui pœnã exigere potest,
 quod majus est , multò magis poterit mittere in bona , & reliquas exe-
 cutiones facere , quæ leviores sunt *per l. 21. R. 7.* sed & pœnam non
 posse ibi intelligi clarè patet *ex l. 1. pr. si quis ius dic.* Quædam enim
 iurisdictionio , scil. duumvirorum , est sine pœna *d. l. 1.* sed nulla est sine
 coërcitione. *d. l. 5. III. per l. ult. C. ub. & ap. qu.* Ubi iudices qui habent
 solam iudicandi facultatem dicuntur propriam iurisdictionem non ha-
 bere. Atqui *Austregæ* solam habent iudicandi facultatem. *d. Disp. §. 1.*
E. &c. Plura non capit Pagina..

In gratiam Dnn. Opponentium Corolloria prioris Disp. de Austregis hinc repetere lubet.

Kd 2246

ULB Halle
002 800 578

3



5b.

mit V 17







76

ex Jure Nat. & Gent.

DE

OMNIUM

OMNIA,

co quaestio, an Au-
jurisdictio, evidenter

ucitur,

RESIDE

COCCEJO,

at. & Gent. P.P.

Ord.

ntum disquisitioni

posita

à

olomeo Herold /

patiensi.

Octobr. h. l. q. s.

LXXIII.



bergæ,

ALTERI, Acad. Typogr.